



**Biblioteca estense universitaria**

Largo S. Agostino 337

I-41121 Modena MO

Tel ++39 + 59 222248

Fax ++39 +59 230195

b-este@beniculturali.it

[bibliotecaestense.beniculturali.it](http://bibliotecaestense.beniculturali.it)

gamma.z.5.13

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI <CESENA>

Diploma di laurea di Francesco Benini da Faenza

Ms., 1660

Img: BEU, 2014



**Terms of use**

Using texts and images of the Estense Library is free - within the CC license terms - only for personal, private and non commercial use.

In the case of a non commercial, public use, their source must be cited, linking to the homepage of this site.

For any different purposes, or for getting higher resolution images, please follow the guidelines in the Reproductions page of the website, and/or write to [b-este.urp@beniculturali.it](mailto:b-este.urp@beniculturali.it).

**Creative Commons License**

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Italy License

<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/3.0/it/deed.en>



—ESTENSE • DI—  
ENA—




g. 2. 5, 13



APP

589





IN  
Christi nōne  
Amen

**V**NIuersis, et  
singulis p̄ns hoepu-  
blicum Decoratus  
Priuilegium inscripturis lecturis,  
et audituris.  
Collegium Iuristarum Ill<sup>me</sup> ac  
nobilissime Ciuitatis Cesene salu-  
tem in eo qui omnium uera est  
Salus apud antiquam Ciuitatem

Cesene, que uelut omnium scientiarum alumna  
per Italiam uniuersam inelyta clarissimorum  
Doctorum aucte' atque peritia Sydereis uirtutu'  
omnium splendoribus perfulget istantumodo ad  
doctoratus gradum qui ceteris omnium generibus  
preferuntur post diuturnos labores atq; uigilias  
prosilire contingit, qui examinis rigorosi dubio in-  
certamine probati apud uniuersos Mundi Prin-  
cipes Consulendo, & urbes ac Nationes iuris  
aucte' regendo, resque publicas gubernando singu-  
lari honore ac priuilegio digne, recte possint a  
eunetis merito iudicari quatenus eorum exemplo  
posterit ad capeendam uirtutem, ac summe probitatis  
et laudis, decorum et gloria accenderentur.  
Perinde significamus uobis omnibus, et harum  
serie fidem plenam, attestacionem facimus, &



uestamur, qualiter die heri que fuit dies 7. mensis  
Maij Sabentis anni 1688 in hoc Almo Collegio nro.  
Iuristarum Cesene ex ordine per Ill. et Exc. <sup>mi</sup> D.  
Petri Arcani I. V. D. ac. uob. d. Cuiusdem, eiusdem  
Collegij Prioris congregato Ill. D. <sup>mi</sup> ~~Fabrizio~~ <sup>Cui-</sup>  
dutiuz I. V. D. Cesene presentauit Ad <sup>missu</sup> Ill. Domu'  
Franciscum Beninum <sup>uob. Laurentinum</sup>,  
qui debita cum reuerentia expostulauit Doctoratus  
insignia sibi tradi ac Doctorem in iure Pontificio  
ac Cesareo creari offerens se paratum puncta recipe-  
re ac subijcere examini rigoroso, aliq; necessaria  
et opportuna exequi et facere.

Nostunc Petrus Arcanus Prior  
antedictus de unanimitate eiusdem Collegij Doctor.  
consensu considerantes, quod iusta et honesta pe-  
tenti non est denegandus assensus, ipsi per  
Ill. et Ad. Reu. <sup>do</sup> D. FRANCISCO petenti,  
et acceptanti pro puncto in Iure Pontificio

dedimus. C. Cericus. de fideiussoribus  
et in Iure Cesareo L. si. ff. rem ratam haberi,  
monendo ipsum sic laureari petentem pro hodierna  
die ead. hora ad comparandum in eodem Collegio ad  
cl. puncta recitandum, et se riguroso examini subiei-  
endum, quibus die et hora sic aduenientibus de nouo  
idem per III. et Ad. Reu. **D. Franciscus**  
in sup. Collegio comparuit, et puncta pta. miro ordine  
recitauit, continuando causas, atque Rubricas, textus  
sumando diuidendo, Notabilia colligendo ampliando,  
limitando, Casusq. dubitationis ponendo, illosq. sol-  
uendo, Doctorum dicta reassumendo pro, & contra  
arguendo argumentisq. diuis. Collegij Doctorum depu-  
tatorum aucte. atq. subtiliter non tam scolastico, quam  
doctore quidem more respondendo adeo egregie, bene,  
honorifice, prudenter, laudabiliter, et excellenter  
se gessit. ut fuerit ab omnibus Exce. <sup>mis</sup> de Collegio  
Iuris Consultis in Iure Canonico, ac Ciuili habilis,  
sufficiens idoneusq. habitus, tentus, & reputatus,

talemq. ac tantam Ingenij, memorie Doctrine cetera-  
rumq. rerum, que in consumatissimo Iuris Consul-  
to requiri solent uim ostendit, ut magnam sui ex-  
pectationem, quam apud omnes concitauerat, nedum  
sustinuerit uerum etiam longe superauerit, et ob id  
ab omnibus Exce. <sup>mis</sup> Almi Collegij Doctoribus  
continuo existentibus, unanimiter concorditer pari  
uoto uiua uoce, uiuisq. suffragijs ac eorum nemine  
Penitus, atq. Peritus discrepante aut discentiente  
nec hesitante, dumtaxat doctissimis, atq. consumatis-  
simis personis, moribus ingenio, ac doctrina concedi  
solitis iure, ac benemerito quidem approbatus fuit sic  
ex eorum uotis secreto in scrutinio nobis porrectis eui-  
denter constitit.

Nos itaq. atiquam sequentes Consuetudinem, &  
Priuilegium huius Almi Collegij habita ratione  
scientie dicendi facultatis, methodi interpretandi  
morum, et uirtutum, quor. omnium, et singuloru.  
certissimum Specimen exploratum dedit de cons.  
omniul

omnium Excell.<sup>mor.</sup> pti. Almi Collegij Doctorum  
petentium, et postulantium factaq; prius per Ill.  
et Ad.<sup>m</sup> Reu.<sup>duo</sup> **FRANCISCUM** in manibus  
nostris fidei professione verbis expressis Bulle  
Fel. rec. Pij Pape quarti prout tactis &  
**Nos** inquam **Petrus Arcanus** Prior  
antedictus pro tribunali sedentes solum Deum  
pre oculis habentes, & Iustitiam, visis, et audi-  
tis pti, ac alijs uisis, uidentis, et Consideratis  
Considerandis **CHRISTI** et eius **BEATISS.**  
**VIRGINIS MARIE** nominibus repetitis  
eundem per Ill. et R.<sup>duo</sup> **Franciscum**  
Virum quidem Catholicum approbamus, & appro-  
batum esse uolumus Pronunciantes, & declara-  
tes eum esse optime habitum, idoneum, ac dignu  
munere, dignitate, officio, ac honore Doctoratus  
huiusmodi ipsumq; iuris Pontificij ac Cesarei  
Doctorem facimus, Et creamus tribuentes ei

tanquam idoneo, ac digno potestatem insignia Doc-  
toratus a suo Promotore petendi, et recipiendi  
Dātes insuper, et concedentes dicto per Ill. et Ad.  
Reu.<sup>do</sup> **FRANCISCO** licentiam liberamque  
facultatem, et auctoritatem de cetero in utroq; Iure  
Legendi repetendi, docendi disputandi glossandi,  
consulendi practicandi, questiones terminandi,  
Magistralē Cathedram ascendendi, similiterq; oēs  
et singulos actus doctores publice atq; private  
exercendi pro eius Libito voluntatis omnibusq;  
et singulis uti, Et gaudere Priuilegijs preroga-  
tiuis Exemptionibus immunitatibus, libertatibus  
concessionibus honoribus pre eminentijs facultati-  
bus, gratijs, indultis, alijsq; quibuscunq; quocunq;  
nomine censeantur, ac uti, et gaudere possunt, &  
poterant quomolibet in futurum iuxta formam  
Priuilegiorum huic Almo Collegio nro. concessor;  
et confirmatorum per diuersos Summos Pontifices

Quibus ita gestis idem per Ill<sup>m</sup> & Exce<sup>mus</sup> Donus  
**FABRITIUS GUIDVCCIVS** Promotor  
Ad Ill<sup>m</sup> Et Reu<sup>dum</sup> **D. FRANCISCUM**  
petentem et acceptantem ornamentis Doctoralibus  
perdoctissimam Orationem insigniuit solemniter  
ac decorauit, tribuitq; primo Libros mox, et apertos,  
annulum digito ipsius indidit, biretum pro Corona ca-  
piti imposuit Pacis osculum eidem exhibuit eum ma-  
gistrali benedictione. Sic itaque Summa cum laud<sup>e</sup>  
& honore plurimo benemeritus d<sup>s</sup> per Ill<sup>m</sup> et Ad<sup>s</sup>  
Reu<sup>dum</sup> **D. FRANCISCUS** ad summam Doctoratus  
apicem Deo fauente peruenit.

In quor<sup>um</sup> omnium, & singulorum fidem, et testimo-  
nium has nostras etiam in forma Priuilegij literas  
magno eiusdem Collegij Sigillo munitas per infras-  
criptum Notarium, & Cancellarium Collegij fieri,  
rogari, & publicari iussimus, & mandauimus  
Currentibus Annis Dominice Natiuitatis

1666. in Dietione 13. SS<sup>mo</sup> D. N. D. **XAN**  
**DRO** diuina prouidentia Papavii sedente die  
ueroc<sup>a</sup> Alaij presentibus hae die. Ill<sup>m</sup> D<sup>o</sup> Dono  
Comite Sipione Caramontio, Domino Louico d<sup>s</sup>  
Merendis, & D<sup>o</sup> Iosepho Aldino testibus.  
Ego Laurentius Massarent<sup>s</sup> modo Collegij Prior  
Loco Exce<sup>l<sup>m</sup></sup> S. Petri Arcani sano tempore Prioris  
me subscripsi hae die 19. Septembris 1676

Ego Petrus Duclaguinus Prior, et Nou<sup>s</sup> Person<sup>s</sup>  
et d. Almi Collegij Can<sup>s</sup> predictis omnib<sup>us</sup>  
dum sic ageretur, et herent interfui  
de eis rog<sup>s</sup> in forma scripti, et p<sup>ro</sup> Inducto  
in forma priuilegij confeci, scripsimus  
per michi p<sup>ro</sup> subscripsi, et aucten-  
dicando ut in margine signauis, sigillo  
ipsius Collegij in appula apertu comunius



11111  
D.V.C.  
N



ce. 6



-R. BIBLIOTECA-  
-MOI

